

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Qui positus in
solsione vitandi.

quam Luna crescente, et multo minus in signo fri-
gido, humido & malefico constituta, Vel etiam

Saturno in dodecatemorio Scorpionis positum su-
um obtinente, decet effodi.

Caput decimum sextum.

DE DAUCO MAGNO SOBOLE, QVI ALIIS DBETHVCV, ALIIS DAVCVS ITALICVS APPELLATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN.

Tertium Dauci
genus.
NOMEN.
Dbethucu,
Daucus Hor-
tensis vnde
Δαυκῆ.



HÆC est, mea quidem sententia,
tertium Dauci genus, quod Af-
fricanis & Syris Dbethucu, Pa-
racelso Daucus hortensis vel sati-
uus, Dioscoridi Δαυκῆ, forte à
loco eiusmodi nominis in Bœotia, & fonte Dirce
ibidem oriente (quorum etiam Virgilius meminit)

appellatur: & quibus-
dam ex Galeno lib. 6.
Staphylinum, quibus-
dam vero Fœniculum
montanum, sed (vt ma-

PATRIA
& Natales.
Staphylinum.
Fœniculum mô-
tanum.

עירחן
Hatsdochan.
αἰγόμεγ-
χῆ.
Eisapiro.
Coniectura de
origine nominis
Daucus.

gna Eruditorum pars existimat) falsò nuncupan-
dū videtur. Hebræis עירחן Hatsdochan, (quod
Latinis est milium caprae, Græcis αἰγόμεγχῆ,
Germanis Geißhiers) appellatur: Vnde non vti-
que abs re fuerit aut absurdum, si homo quis sim-



SIGNATVRA GENERALIS.

TENER ille, quem radicalem nominant humor, cum si-
milibus vitam hominis fouentibus, qua figura signatura in
corpore tam virili quam famineo, proditus est, eadem quo-
que nunc in puerili, oculis considerandus profertur.

plex, an nomen Daucus ab Hebraico Dochan, vel
etiam dictionibus Græcis δάυκας & νέγχῆ exti-
terit, audeat suspicari: præsertim cum (præter-
quam quod vel plurimi Excellētes eruditione Vi-
ri res longè absurdiores definiere) in promptu sunt
verba Dioscoridis, qui inquit, Alterius generis se-
men Cuminum, alterius Milium æmulari, in super

quoque candidum esse
& odoratum. Prouen-
tus plantæ huius pluri-
mis locis est frequens,
maximè autē pinguib⁹

gaudet. Sed inter alia loca, natalibus eius magis
insignia sunt, iuga montium Carpathi & Senen-
sum, nec non Alpes Helueticæ in ditione Ziri-
censium, & qui in ipsè celebris est mons Pilatus.

FORMA, CONSTELLATIO, QUALITAS, DAUCI MAGNI.

Collatio Dauci
Magni cum
Fœniculo.



Tempus exor-
tus.
Rockdali vrbs
Anglicæ.

TERTIV Mitag hoc, atq; adeo maximum

Daucorum genus, folia habet ferè Fœniculi, à cui-
us similitudine tantum abest, quantum Spica à
Lauandula, Petroselinum à Chærefolio, Pæonia
deniq; mas à Fæmina abludit: in quib⁹ sc. omnibus
eadem formæ facies, sed proportio & magnitudo
diuersa spectatur. Ideoq; quibus forma probe fue-
rit perspecta, duas illas species hand difficulter
scient dyiudicare. Nam & folia huius quam Fœni-
culi sunt robustiora, crassiora, & duriora, colorq;
non intenso virore nitet, sed in flauū elanguescit:
imo & radix magnitudine, siue crassitudinem siue
longitudinem spectes, superat. Semen quoq; gran-
diusculum euadit, nec oblongum sed in formam ro-
tundam declinat, præterq; hæc angulosum et stria-
tum existit: quam obrem à Vetusioribus, non
præter rationem, Milium Caprae fuerit nuncupa-
tū. Sed vt dimissa collatione formā persequamur,
Planta hæc nostra, cum vt plurimum nascatur in
editissimis montium iugis, circa prima Maij men-
sis initia (quo etiam tempore à me in Anglia An-
no 1548. vltra vrbs Rockdali, in monte Beck
est reperta) initio coliculo vaginato exemplo Fœ-
niculi